

Henricus Warenaus Johannes Goniaeus

## **Theses De Morbis Attonito Atque Sacro**

Rostochi[i]: Reusnerus, 1603

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729694763>**

Druck Freier  Zugang



R. U. med. 1603.

Heinrich Waren (Varenius), Phys.

Johann Sorialis, Prof.



thes  
R B I S  
N I T O  
A C R O,

m Academiã  
. A.  
facultate consentiente  
SIDIO  
W A R E N I,  
ed. D.

ONIAEVS  
fis.

nis Ianuarij.



CHI  
NERIANO  
D. CIII.

10

7603



Thefes  
DE MORBIS  
ATTONITO  
ATQVE SACRO,

*quas*

In Includâ Rosarum Academiâ

D. O. M. A.

Et Amplissimâ Medicorum facultate consentiente

SVB PRÆSIDIO

HENRICI WARENI,  
Phil. & Med. D.

*rutabitur*

IOHANNES GONIÆVS  
Rostochiensis.

*Fiet disputatio Nonis Ianuarij.*



ROSTOCHI  
PRÆLO REVSNERIANO  
ANNO M. D. CIII.

10

7603

THESES  
DE M. O. R. B. I. S.  
A. T. T. O. N. I. T. O.  
A. T. T. O. R. E. S. S. A. G. R. O.

In Institutum Romanum Academicum  
D. O. M. N. I.  
Sequitur M. O. R. B. I. S. A. T. T. O. N. I. T. O.  
S. V. P. P. R. A. S. I. D. I. O.  
H. E. N. R. I. C. I. W. I. L. H. E. I. M.  
Phil. & Med. D.

IOHANNES GONZALEZ  
Rostochensis

Hec dissertatio habita fuit



R. O. S. T. O. C. H. I.  
P. A. R. T. O. R. I. U. M.  
C. A. N. O. M. D. C. C. I. V.

# T H E S I S I.



Ephalicarum in numero affectionum non postremae classis existunt, Apoplexia, & Epilepsia, quæ & Symptomatum vehementiâ, & proventus sui frequentiâ, quam plurimis sunt formidabiles: de quibus in præsentia agere constituimus.

2. Apoplexiam *ἀπὸ τῆς ἀπωλήτης* denominatam volunt, quod ex gravi velut percussu, repentino casu afficiat. Attonitum hunc morbum Celsus vocat. l. 3. c. 27. atq; siderationem, nonnulli percussionem, paralyfin universalem &c. indigitarunt. Avenz. silentium appellavit.

3. Definimus eam ex mente Gal. 2. sympt. caus. c. ult. de sympt. diff. c. 3. & 4. de loc. aff. c. 2. subitanæ functionum animalis facultatis interceptione, ab humore in ventriculos cerebri, hujusve porositates, aut saltem carotides irruente. Definitio Apop.

4. Epilepsia nomen ab *ἐπιλαμβάνω* deductum volunt, quod mentem derepentè apprehendat. Varia huic Antiquitas indidit nomina, dum modo Divinum, Sacrum, *νόσον μεγάλην*. Hipp. l. 6. Epid. sect. 1. §. 5. *παθικόν*, Gellius Sonticum. Arist. probl. 1. sect. 30. & Gal: comm. 6. Epid. 6. §. 7. Herculeum; modo comitiale, Caducum, Lunaticum &c. cognominavit.

5. Hanc de sententiâ Gal. l. 3. loc. aff. 7. lib. 4. ejusd. c. 2. Sympt. diff. 3. & 6. Aphor. 87. in documento pro puero Epileptico, & alibi passim, asserimus motû cerebri esse convulsivum, interpolatum ab humore vaporeve acti, sæpius maligno, facultatem cerebri expultricem irritante, productum. Definitio Epil.

6. Apoplexiae varias auctores constituunt differentias: Aliam n. Differ. Apop. fortem, quæ primo mox die interimit: aliam mitem indigetant, ulterio- rem quæ moram facit. Hipp. 2. Aphor. 42. Alia est ob impeditam spirituum animalium emissionem, quam propriam dicunt; alia ob spirituum vitalium ad cerebrum aditum interceptum, *ἀπόληψιν* Hollerius, quidam Impropriam hanc dicunt: Plethoricam commodè etiam unam, aliam Cacochymicam appellare possemus.

7. Sic & Epilepsia apud auctores varia occurrunt differ. Differ. Epil. cina, tamen præ cæteris, & praxi convenientior hæc videtur; ut alia sit primario

primario cerebri adfectu, quam Epilepsiam propriissimè vocamus: alià ex sympathiâ viscerum, hanc Αναληψίαν dicimus: alia tandem ex autà quâpiam malignâ, ab artubus scaturiente, quam κατάληψίαν appellandam censent.

ausse  
occat.  
pop.

8. Causas Apoplexia tum procatarticas, tum προσημείων agnoscit varias: quarum è προκαταρτησίων censu, sunt præcipuè, aër valde intemperatus; inprimis verò ad Australem, vel Borealem statum declinaus. Carbonum item, cerevisiarumq; recentium, in loco minus perspirabili, conclusarum, uti & domiciliorum recens calce dealbatorum fœtor; prava quin etiam victus ratio, ingluvies, crapula, otium, Venus immodica, medicamentorû narcoticorum usus, somnus pomeridianus, lucubrationes præposteræ, evacuationum cerebri antea consuetarum suppressio, casus, ictus, & quæ sunt hujus farinae alia.

proh.

9. Προσημείων rationem habent cuncti ferè humores, vel in cerebro primario hujus vitio congesti, vel eodem aliunde attracti, aut transmissi. Biliofos tamen nisi quis eos vehiculi instar, reliquos ad cerebrum perducentis se habere autamet, ex horum numero excludendos censemus. In reliquis contra Fernelium solam pituitam, & Cardanum, unum melancholicum humorem, admittentes, de sententiâ quoq; Gal. & cum illis sanguinem, Apoplexiæ authorem posse existere asseveramus.

ausse

oc. Epil.

10. Nec minus Epilepsia quoq; in causis variat: siquidem & aër, & cibus potusq;, excreta & retenta, somnus sub Lunæ radijs, cæteræq; id genus res non naturales à modo abeuntes, capitisq; robur destruentes, hanc exitare possunt. Præcipuum tamen hîc sibi jus arrogat, hæreditas paterna, non minus morborum, quam divitiarum, in sobolem propagatrix.

proh.

11. Internis accensetur humor vaporve acris, interdum malignus, cerebri facultatem expultricem admodum stimulans, nervorumq; principia vellicans.

12. Signorum tam Apoplexiæ, quàm Epilepsiæ, alia sunt prognostica, alia Diagnostica: hæc; vel imminentem alterutram, vel jam præsentem arguunt.

Imminen-

13. Imminentem Apoplexiam digito quasi intento demonstrant, ætas à quadragesimo ad 60. annum, vertigo, dolor capitis, oculorum splendores, totius corporis, sæpius tamen extremarum partium frigus, somnolentia, dentium in somnis stridor, gravitas, pigrities, jugularium venarum elatio, urinæ nonnunquam æruginosæ vel nigrae

14. Iisdem quoq; serè prodromis Epilepsia accurrit, quibus tamen vel maximè, præcipuè in primariâ nobis dictâ, jus hæreditarium suppetias adfert: alterius, per consensum quæ gignitur, sua cujusvis particulæ adfectæ præcedunt symptomata.

15. Præsens Apoplexia sensus & motus voluntarij abolitione, difficillimâq; respiratione se prodit; quæ quanto fuerit liberior, hoc minus periculosam eandem insinuat. Epilepsia pessimis symptomatibus dignoscitur: Subito, attonitorum instar, in terram prolapsu, motu sensuq; depravato, pollicum manuum arctissimâ compressione & digitorum iucurvatione, interdum mugitu boatuve, dentium collisione, spuma, oculorum per versione, sæcum alvi, urinæ, seminisq; involuntariâ emissionem: quod tamen postremum, uti rarius, ita pessimum quoq; signum à practicis annotatur.

16. Causarum signa in utrâq; ex habitu vel plethorico, vel catochymico, ætate item, anni tempore, constitutione aeris, caterisque; id genus alijs singulorum humorum dominia detegentibus, assequimur. In Epilepsiâ verò specialiter pituitæ abundantiam denotat, spuma ad os copiosior, eaq; magis albicans. Bilis excessum, eadem minori quantitate & subtilior, croceaq;: Melancholiæ abundantiam, hæc ipsa livido colore conspicua.

17. Ad prognostica, complures aphorismi Hippocratici referri solent, quorum saltem præcipuos hos observabimus. Solvere fortem Apoplexiam impossibile; levem verò non facile. 1. 2. aph. 42. Sic & ea lethalis censetur, cui sudor supervenit, & in quâ spuma copiosa conspicitur. 2. aph. 43. Ex levi qui restituuntur, vel hemiplectici, vel paralytici evadunt, vel saltem memoriæ jacturam faciunt. Sternutatorium itidem fortè applicatum, si sternutamentum non moveat lethale.

18. Epilepsia primaria periculosior eâ, quæ per consensum, sic & quæ natali connascitur, itemq; inveterata, rarissimè curatur, & noctu quæ movetur minus nocet, quam quæ interdium.

fantulos ac pueros crebrò, consistentis ætatis rariùs, senes nunquam aut rarissimè contingit Epilepsiá corripí, frequentius autem Apoplexiá. Quibuscunq; morbus Comitialis fit ante pubertatem, per ætatum mutationes liberantur: quibus autem post 25. annum durat, difficillimè curantur, & ut plurimum commoriuntur. Hipp. 5. aph. 7. Melancholici magná ex parte fiunt Epileptici, & contra 6. Epid. 1. Quicunq; per auram ab extremis artubus erumpentem Epilepsiam patiuntur, si vinculis arctationibus ligentur, vel nullam, vel perquam exiguam patiuntur. Gal. de puero Epilept.

ratio.

19. Curationem Apoplexiæ præsentis, & imminentis præsertionem, cum iisdem ferè præsidij absoluantur, conjunctim hic proponemus, hoc ubi admonuerimus, præsentem jam fortiora, ratione magnitudinis, indicare auxilia curativa, quam adhuc imminentem. Diætã pro diversitate vel plethoræ, vel cacochymie præscribere oportet, prout in superiori disputatione, de dolore capitis indicatum fuit, ideoq; eam hic missam facimus.

20. Subducta itaq; mox in principio alvo, per glandem suppositum, attamen sale gemmæ, muscerdâ, & id genus alijs acutiorem redditum, vel etiam clystere usitatis acriori, mox venæ sectio, præsentissimum plethoricæ Apoplexiæ præsidium, accersenda, quæ tamen ut eò feliciter succedat, sanguinis congelatio in venis est demolienda: quod fiet unctioibus, frictioibus, & fomentis calidis, attenuantibusq; subsidijs ritè adhibitis. De hinc Vena vel Cephalica, vel hepatica, lateris dextri, attamen circumstantiarum sedulâ ratione habitâ, ampliore vulnere incidenda. Sanguinis tamen extractio non sit nimia, ne spiritus antea ab oppresso laborantes, nunc penitus exhauriantur. Sin necessitas flagitet, oppositi lateris phlebotomia, horis aliquot elapsis, ineatur.

21. Iugularibus autem Venis plurimum licet hæc tribuant præctici, neq; id immeritò: quia tamen minus tutò aperiri videntur, ne nos opprobrijs calumniantium exponamus, intermitteri hæc rectius censemus.

22. Hæc dum aguntur, & alia revulsionum auxilia non intermittantur: Talia sunt extremarum ligationes dolorificæ, frictiones asperæ, cucurbitularum cum scarificatu applicationes, quæ tamen non fiant more vulgi, in hypochondrijs, sed potius in uatibus; propterea,

rea, quod cum respiratio admodum sit difficilis jam antea, per hypochondriorum, quo loci musculorum abdominis rectorum est positus, tensionem, magis ea ipsa lædatur.

23. His omnibus, vel pluribus jam peractis ad derivationum media accedendum: Inter quæ & illa Holleriana, hominem agitato, concurito, fricato, non improbamus. Præcipue verò materia peccans ad emunctoria cerebri consueta detrahatur: ad palatum quidem inunctionibus cum theriacâ, mithridatio, Anac. confect. Castor. extracto, bals. Garyoph. &c. peractis: Sternutationibus item, pulveribus, liquoribus, ol. stillat, alijsq; id genus excitatis.

24. Intus, si deglutitio jam redeat, validius purgantibus, cuius humorum appropriatis, materia peccans inferne deturbetur: quo peracto, Antapoplecticis tandem expugnetur: qualia sunt: Aqua Card. Bened. singulare hoc in casu, Lavend. lilior. convall. decoctum Sarsæ par. pro divino auxilio Antapoplectico in Scholzianis Epist. Epist. 8. commendatum. Aqua vitæ Langj, Aq. Cephal. Aqua vitæ Palatini apud Solenandrum pag. 259. in quarum unâ vel pluribus dissolvantur, extr. Salv. pro secreto chymicis habitum, ol. ejusdem, Item Lavend. Spicæ, &c. quorum vel guttula una & naribus in stillari poterit. Magis hisce proderunt, spiritus & ol. vitrioli, q. e. ☉, corallorum, balsamus Sulph. Summum in Apoplexiâ tandem arcantum solutio perlarum & ol. ☽.

25. Epilepsiæ Curatio, duabus præcipue indicationibus dirigitur; paroxysmi nempe remotione, & novi inhibitione. Removeatur is facilius, si mox cadenti Epileptico os cuneo inserto, apertum retineatur, voce sonorâ inclametur, partes incurvatæ, quantum potest, ad rectitudinem deducantur, nares ptarmicis inditis constringantur, digiti intorqueantur, partiumq; extremarum ligaturæ fortes adhibeantur. Palatum theriacâ, mithrid. & cæteris thesi 24. enumeratis in aq. rutæ, hyrund. similive dissolutis, confricetur.

26. Observandum tamen à rutâ, maximè sylvestri, puleg apio, petrosel. succino, Castor. Asâ fœtid. horumq; omnium prole, extra paroxysmum sedulo abstinendum, siquidem illa hunc quam maximè accelerant.

Novi

27. Novi inhibitiō in caussarum ablatione consistit. Primariis ergo capite percurato removetur. Præmissis itaq; universalibus, mox particularia Antepileptica, qualia & thesi 24. sunt enumerata, & hæc quoq; sequentia exhiberi poterunt, Epar vulpis maris pro viris & scæminæ pro scæmina, cor ciconiæ vel lupinū, rasura unguæ vel dentis majoris lupi, ung. alcis, visc. querc. pulveres varij Antepileptici inter alios ab Horat. Augen. lib 8. Epist. 2. cum Elect. itidem eodem in loco descripto. Tinctura Corall. perlar. Essentia pœon. vitriolata, &c. quæ supra fuere proposita. Quorum aliqua in aquâ theriacali vel aq. panis albiss. destill. aq. hyrund. tilix, hyss. Card. bened. millefol. Syr. de hyss. de pœon. de stœch. quibus tandem guttula una atq; altera ol. ex craneo humano accesserit, dissolvantur: vel alix medicamentorum formæ, pro libitu Medici additione Sacch. vel conservarum, hisce consentur.

28. Quibus si non succedat curatio ex præscripto Hipp. lib. 8. aph. 8. ad ferrum & ignem accedendum, quo pertinent;  
Cauteria, Vesicatoria, Trepanus &c.



s  
x  
c  
i-  
-  
s  
-  
u  
s  
t.  
o  
o  
.

27. Novi inhibitiō in cau-  
ergo capite percurato remouetur  
particularia Antepileptica, qual  
quoq; sequentia exhiberi poterit  
næ pro fœmina, cor ciconiæ vel  
ris lupi, ung. alcis, visc. querc. p  
ab Horat. Aug. lib 8. Epist. 2  
scripto. Tinctura Corall. per  
supra fuere proposita. Quorum  
albiſſ. destill. aq. hyrund. tiliæ,  
de pœon. de stœch. quibus tand  
humano accesserit, dissolvantur  
libitu Medici additione Sacch.

28. Quibus si non succedat  
aph. 8. ad ferrum & igne  
Cauteria, Vesicæ








rea, quod cum respiratio admodum sit difficilis ja  
chondriorum, quo loci musculorum abdominis re  
tensionem, magis ea ipsa lædatur.

23. His omnibus, vel pluribus jam peract  
media accedendum: Inter quæ & illa Holleriana,  
concutito, fricato, non improbamus. Præcipue  
cans ad emunctoria cerebri consueta detrahatur:  
dem inunctionibus cum theriacâ, mithridatio, An  
extracto, bals. Garyoph. &c. peractis: Sternutatio  
ribus, liquoribus, ol. stillat, alijsq; id genus excitati

24. Intus, si deglutitio jam redeat, validi  
vis humorum appropriatis, materia peccans infern  
peracto, Antapoplecticis tandem expugnetur: q  
Card. Bened. singulare hoc in casu, Lavend. lilior.  
Sarsæ par. pro divino auxilio Antapoplectico in  
Epist. 8. commendatum. Aqua vitæ Langij,  
vitæ Palatini apud Solenandrum pag. 259. in qua  
bus dissolvantur, extr. Salv. pro secreto chymica  
dem, Item Lavend. Spicæ, &c. quorum vel guttula  
stillari poterit. Magis hisce proderunt, spiritus  
©, corallorum, balsamus Sulph. Summum in Apop  
num solutio perlarum & ol. D.

25. Epilepsie Curatio, duabus præcipue indi  
tur; paroxysmi nempe remotione, & novi inhibi  
tur is facilius, si mox cadenti Epileptico os cuneo  
retineatur, voce sonorâ inclametur, partes incurva  
test, ad rectitudinem deducantur, nares ptarmicis  
gantur, digiti intorqueantur, partiumq; extrema  
tes adhibeantur. Palatum theriacâ, mithrid. &  
enumeratis in aq. rutæ, hyrund. similive dissolutis, co

26. Observandum tamen à rutâ, maximè sylv  
petrosel. succino, Castor. Asâ fœtid. horumq; omni  
paroxysmum sedulo abstinendum, siquidem illa hu  
accelerant.



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE203 Serial No.